872 suorumq successorum quosvis beneplacitos usus fructus
libere et effectualiter convertendi Juris originalis praemissa
latius in se complectentis praesentisq cessi et transfixi
vigore.

Siedliski Drogockiey Obligat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitalibus Premysliensibus Generosus Andreas
5016 Clemens Siedliski sanus mente et corpore exactis a Terris
Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibuscumque propriis
et competentibus recedens praesenti vero Castrensi Capitali
Premysliensi Jurisdictioni quoad Actum praesentem
attinet se cum successoribus ac bonis suis generalibus omnibus
totaliter et plenarie incorporarum atq subiecerum palam libere
publice ac expressum recognoscit Quia ipse bona sua propria
et hereditaria infrascripta vel certas sortes totas et integras in bonis
Villae Slochynie Terra et Districtu praesenti Premysliensi iacentes
et consistentes cum omni praemissorum iure Domini proprietate Titu-
lique obligatorio omnibusq et singulis eorundem bonorum utili-
tatibus fructibus proventibus reditibus commodis emolumentis
obventionibus tum agris pratis campis pascuis, sylvis boris
gajis Nemoribus indaginibus rubetis vepretibus mericis hortis
pomariis Nec non subditis omethonibus hortulanis Inquilinis
eorumq laboribus Censibus Dationibus vectoris muniis obsequiis

et

et officijs quibusvis attinentijsq et pertinentijs generalis Universis
Nihil ex praemissis Juris Dominij proprietatis ac cuiuscumq 478
competens et prorogativae pro se Recognitae suisq successoribus
aut quopiam alio reservare seu excipere Verum ita late
longe circumferentialiterq prout praefatorum bonorum Jochumq
pro ratione illae Slochynie [illegible] sensus metis et limitibus ab an-
tiquo extendit et pretenditur. et prout eadem bona sortesque
praefatas ipsemet Recognitus tenuit habuit et possidebat ipsique
concernebant ac eidem legitime servierant. Jam ex nunc et
de facto Gnosae Theressiae Gorlowska Gnosi Francisci Drogocki
consorti legitimae eiusq posteris in summa Mille octingentorum
florenorum Polonicalium iam ex nunc pro se Recognitorum levata et
percepta (de qua praesentibus quietatur) hinc et ab Actu praesenti
ad diem et festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno
Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo proxime
et immediate venturo, et in defectu protunc bonorum eorundem
exemptionis summaeq memoratae totalis et integrae persolutionis
extunc de Anno ad Annum pro simili die et festo Conversio-
nis Sancti Pauli Apostoli se se determinarum Annis et festis
se se continue et immediate sequentibus, usq ad exemptio-
nem bonorum eorundem summaeq suprascriptae totalis et integrae
realem et effectivam persolutionem obligavit inscripsit et inva-
diavit, prout obligat inscribit et invadiat praesentibus

874

In quae quidem bona suprascripta praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscens obligata et invadiata is idem Recognoscens Generosus Andreas Clemens Siedliski praefatae Generosae Drogocka obligatrici suae eiusque posteris dat et admittit realem intrinsecam et Actualem pacificamque possessionem per Mulierem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerit offerre acceptandam. Per ipsum obligatorium suum eiusque posteros bona eadem praesentibus per se Recognoscentem obligata praemissaque omnia per praesentes invadiata, cum universis eorum utilitatibus et usufructibus competentiaque et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumque successorum quosvis beneplacitis usus fructus libere et effectualiter convertendi. Modo ac iure obligatorio Debetque et tenebitur nominatus Recognoscens Generosus Andreas Clemens Siedliski prout se ac suos successores in et super bonis suis generalibus omnibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis praenominatae Generosae Theressiae Gorlowska sive Drogocka obligatrici suae inscribit et obligat praesentibus ipsam et eius successores indictis bonis praesentibus per se Recognoscentem obligatis praemissisque omnibus per praesentes invadiatis et rationem eorundem omnium ab omni et quavis impetitione. Iuxta quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus cuiusvis existentium exoriunda in omni Iudicio et officio

Rem

Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere
ciuiciere intercedere ac eliberare indemnemq cum possens
rectdere, nec non hæc eadem bona supra scripta præsenti-
lus per se Recognoscentem obligata et inuadiata ab omnibus
in genere Iuribus Inscriptionibus prioribus et posterioribus super præ-
missa omnia modo quouis cuicunq personarum factis et faciendis
tum etiam à quibusuis Citationibus super eadem bona supra
scripta modo quocunq importatis et importandis Lucris deinq
et perlucris Processibusq Iuris quibusuis in quocunq puncto et
gradu Iuris dependentibus et in quouis Iudicio et Officio Rmi
obtentis et obtinendis ac super præmissis omnibus præsentibus obligatis
perducendis et perducendis emunctare et eliberare munctaq
et libera semper facere et rectdere ac etiam Intromissionem præ-
fatam Coram Officio præsenti admissam in fundo bonorum eorumdem
præsentibus inuadiatorum dum per Mulierem competentem et Kles
dicos Officiose requiretur non denegare vno debebit et teneti
ly eandem libere dare et effectualiter admittere, dataq et
admissa eadem præmissorum omnium præsentibus obligatorum
et inuadiatorum tam per se quam per suas quasuis submis-
sas et subordinatas personas non præpedire nec adimere,
ipsamq obligatione suam et ipsos posteros in præmissis
omnibus præsentibus obligatis et inuadiatis nullomodo iniuria-
ri Ita vt hæc eadem bona præmissaq omnia præsentibus obligata
et inuadiata eadem obligatione sua cum suis posteris quiete

et pacifice Inscriptionis praesentis Obligatoriae Vigore tenere habere
et possidere queat illisque Ut fuit possit Usque ad exemptionem
bonorum eorumdem Summaeque supra scriptae totalis et integrae realem
et effectivam persolutionem Idque sub Vadio Summae supra scriptae
Mille Octingentorum florenorum pecuniae Polonicae per eandem Recognitionem
Siedlicki sive eius posteros supra scriptae Generosae Drogocka
Obligatrici suae Vel illius successoribus ob non completionem praemissorum
omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties
quoties opus fuerit ad Solvendum Succumbendo, Pro quo quidem
Vadio modo praemisso ad Solvendum succulito ac prore aliqua
Principali ex praemissis non completa complenda Citatus existens
memoratus Recognoscens Quoties Andreas Clemens Siedlicki
suis cum posteris; Ad Instantiam supra scriptae Generosae Beres
sae Drogocka Drogocka sive illius posterorum Ad Of
ficium praesens Castrense Capitaneale Premysliense Ex
hunc recessu supra scripto quo ad respondendum spectat
mediante semper in Primo Citationis Termino tanquam per
emptorio Stare iuri parere respondere Vadium praetactum Luere,
Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne Iudicatum pati
debebit et tenebitur, Seque ac suos successores ad eadem
omnia inscribit et obligat praesentibus Illius Terminum
primum perpetuum et alios omnes ex inde consequentes,
Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera in promitate

pro maiori

pro maiori innocentitate intra vel extra Regnum servitio militari ad suvimenta ad Evictorem vel alijs quibusvis dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos Officij praefati Castrensis Premysliensis Terminos dillationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum persecutiones faciendo, ac praemissa omnia praemissis simplicibus vel triplicatis Evasionis suspensionibus fatalijs Juris praescriptione Perrestii bello conventionesque ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo aliquo quovis evadendo praesenti hac sua Recognitione inter mediante.

5016

Iidem mutuo Intercisam Roborant

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Lucas Andreas Clemens Siedlecki ab una et Theressia Gorlowska Lucae Francisci Drogocki Consors legitima parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet, secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit, Quia ipse et quidem Consors Generosa Drogocka cum praefato

mariti